UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

VII. Probatur diuinitas Christi ex scripturis æqualitatem & vnitatem cum Patre declarantibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68313

Visual Library

Dei. Matth. 28. 18. 19. *Et accedens Ieſus locutus eſt eis, dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Euntes ergò docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.* Actor. 19. 5. *His auditis baptizati ſunt in nomine Domini Ieſu.*

Dvodecimvs Eſt inuocatio nominis Dei, vt donorum gratiæ largitoris. De Chriſto. Iſa. 45. 2. *Ego autem ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo, portas æreas conteram. & vectes ferreos confringam & dabo tibi theſauros abſconditos, & arcanum ſecretorum, vt ſcias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum Deus Iſraël.* 1. Cor. 1. 2. *Eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi, ſanctificatis in Chriſto Ieſu, vocatis ſanctis, cum omnibus qui inuocant nomen Domini Ieſu Chriſti, in omni loco ipſorum & noſtro.* Actor. 7. 58. 59. *Et lapidabant Stephanum inuocantem & dicentem: Domine Ieſu ſuſcipe Spiritum meum. Poſitis autem genibus, clamauit voce magna, dicens: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. & cùm hoc dixiſſet, obdormiuit in Domino. Saulus autem erat conſentaneus neci eius.*

CAPVT VII.

Probatur diuinitas Chriſti ex ſcripturis æqualitatem & vnitatem cum patre declarantibus.

Ioan. 5. 18. *Propterea ergò magis quærebant eum Iudæi interficere: quia non ſolum ſoluebat Sabbathum, ſed & Patrem ſuum dicebat Deum, æqualem*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lem ſe faciens Deo. Ibidem. *10. 39. Ego & Pater vnum ſumus.* Capit. *14. 19, Dicit ei Ieſus. Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Philippe qui videt me, videt & Patrem.* Capit. *17. 10. Et mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt, & clarificatus ſum in eis.* Vide quoq; *1.* Ioannis. 5. 7. vbi hi tres, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus vnum ſunt. Philip. 2. *6. Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo.* De quibus locis ſuperius etiam actum eſt.

* * *